

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Voluntas ah cum uariis

Inter has utrasque concupiscencias anime uoluntas in mediculio est quodam uituperabiliore consistens, nec uiciorum flagiciis oblectatur, nec uirtutum doloribus acquiescit, sic querens a passionibus temperari carnalibus ut nequaquam uelit dolores necessarios sustinere, sine quibus desideria spiritus nequeunt possideri, absque castigatione carnis castimoniam desiderans optinere, sine uigiliarum labore cordis acquirere puritatem, cum requie carnis spiritualibus exuberare uirtutibus, absque ullius exasperatione conuicii paciencie gratiam possidere, humilitatem Christi sine honoris mundani exercere iactura, religionis simplicitatem cum seculari ambitione sectari, Christo cum hominum laude ac fauore seruire, discretionem ueritatis sine cuiuspian uel tenui offensione proferre, postremo sic uult futura consequi bona ut presencia non amittat.

In collatione Danielis abbatis.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Voluntas ah] Voluntas ag P V¹ V² L¹ L²; mediculio] medulitio L¹ L²; uituperabiliore] re *add. (del. intra) M*; consistens] consistent (*cor. intra*) B; oblectatur] oblectantur L²; temperari] temperare L²; uelit] uelut B; desideria] uirtutes V² L¹ L²; desiderans] cupiens V² L¹ L²; cordis] a *add. M*; iactura religionis] iacturam religignis M; discretionem] distriktionem P V¹ V² L¹ L²; collatione] 4. *add. V² L¹ L²*; abbas] capitulo 12. *add. V² L¹ L²*